Johannes eps servus servorum dei Ad futuram rei memoriam

Ad communem omnium notitiam credimus peruenisse nos dudum contra Ludouicum de Bauaria eius demeritis exigentibus diuersos fecisse processus per quos utiqz successiue sicut eius excessus varij quos non desinebat committere exige
bant diuersas penas eidem inflximus ipm incidisse in nonnullas ex eis declarantes. In primis quidem dictus Ludouicus excomunicationis sententia extitit innodatus ac subsequenter culpis ipius excrescentibus et contu
macijs eius continuatis et adauctis iure siquod sibi ex electione de ipo in Regem Roman discorditer celebrata fuerat ad Regnum uel Imperium Roman quomodolibet acquisitum. Deinde uero ipo excessus excessibus cumu
lante Ducatu Bauarie ac priuilegijs tam aplicis quam Imperialibus ac bonis et feudis omnibus que ab eadem Roman uel quibusuis alijs ecclijs aut Imperio obtinebat per diuersos processus nros diuersis temporibus habitos de fra
trum nrorum consilio iusto iudicio nudatus extitit et priuatus. Et demum quia Pharaonis imitatus duritiam et contempnens omnem sancte matris ecclie disciplinam nulla correctionis ostendit inditia sed potius hereticis et
hereticalibus intendens dogmatibus ac hereticos in suum admisit consortium eorum errores et hereses defendendo se ostendit hereticum manifestum seruatis solennitatibus debitis primo fautor hereticorum declaratus et subseque
ter de crimine heresis pro diuersis successiue heresibus fuit sententialiter et publice per nos de ipsorum fratrum consilio condempnatus. Vniuersis nichilominus et singulis personis ecclesiasticis secularibus et regularibz
ac mundanis cuiuscumqz conditionis aut status existerent etiam si Patriarchali pontificali aut maiori seu inferiori dignitate fulgerent necnon Regibus Ducibus Principibus Marchionibus Comitibus Baronibus Nobili
bus Potestatibus Capitaneis Rectoribus et alijs dominis temporalibus alijsqz personis singularibus quibuscumqz ac Comunitatibus Vniuersitatibus Ciuitatibus Castris Oppidis uillis et locis sub excomunicationis
in personas et interdicti in Terras eorum sententijs ac penis alijs uarijs in processibus eisdem contentis inhibendum districtius duximus et mandandum ne eidem Ludouico parerent in aliquo uel fauerent pro
ut hec in diuersis nris processibus latius continentur. Sane quia ad nrm peruenit auditum qd nonnulli ordinum mendicantium presertim degentium in partibus Alamanie sue professionis obliti uelut in reprobum sensum
dati eidem Ludouico fauere publice non uerentur nonnulli uero in eius dampnabili comitiua morando alij autem in locis interdictis ad eiusdem Ludouici seu suorum Officialium dictum uel preceptum diuina profanando officia et
alij ipm pro Rege et Imperatore habendo et eidem parendo et obediendo ad eius obedientiam prauis studijs alios inducendo Nos dignum arbitrantes et congruum ut tales eius a cuius se obedientia
subtrahunt quamqz impugnare satagunt priuilegijs seu fauoribus non fruantur omnes et singulos ordinum mendicantium qui postquam nri processus predicti ad eorum notitiam peruenerunt uel fecerunt
qd peruenire non possent eidem Ludouico ut premittitur uel alias adheserunt illis tamen exceptis qui iam redierunt ad obedientiam omnibus et singulis tam exemptionis quam predicationis seu audiendi con
fessiones ac etiam habendi sepulturas in eo scilicet loco in quo forsan omnes de Conuentu ordinum predictorum deliquerint in premissis quam alijs quibuscumqz priuilegijs et gratijs libertatibus et immunitatibus tam
ordinibus suis quam personis et locis ipsorum sub quacumqz forma uel expressione uerborum ab aplica sede concessis auctoritate aplica de dictorum fratrum consilio priuamus omnino et preter penas alias
de iure per processus nros contra talia presumentes inflictas quibus ipos uolumus subiacere Ordinariorum locorum iurisdictioni ordinarie quo ad causas et omnia alia inperpetuum subiectos esse decerni
mus nisi a premissis cessantes ad ecclie unitatem redierint et absolutionis beneficium ab excomunicationis sententia quam propter premissa ipos incurrisse non est dubium uel incurrent si ea infu
turum commiserint a nobis uel nris successoribus quibus eandem absolutionem preterquam in mortis articulo reseruamus expresse obtinere meruerint et restitui ad premissa. Per hec autem superioribz
ipsorum ordinum nolumus preiudicium aliquod generari quin in eos possint iurisdictionem suam etiam exercere. Vniuersis insuper clericis et laicis cuiuscumqz conditionis status ordinis uel
dignitatis existant mandamus tenore presentium et sub excomunicationis pena quam contrarium facientes incurrere uolumus ipo facto districtius inhibemus ne ad fratres et Con
uentus inobedientes huiusmodi pro sepulturis confessionibus et predicationibus aut alijs supradictis recurrere seu eis adherere uel ipos ad predicta admittere quoquo modo presumant. Preterea omnibus
et singulis Patriarchis Archiepis et Epis ac heretice prauitatis Inquisitoribus iniungimus et mandamus ut tales uti priuilegijs huiusmodi non sinentes contra ipos ut fautores
heretici et suspectos uehementer de heresi procedant iuxta statuta Canonum et priuilegia concessa Inquisitionis officio supradicte. Ut autem presens processus nr ad om
nium quos contingit notitiam deducatur cartas seu membranas processum continentes eundem appendi seu affigi ostijs seu superliminaribus maioris Auinionen ecclie faciemus
que processum ipm suo quasi sonoro preconio et patulo inditio publicabunt ut illi quos processus ipe contingit nullam possint excusationem pretendere uel ignorantiam allegare
qd ad eos non peruenerit uel qd ignorarint eundem cum non sit uerisimile quo ad ipos remanere incognitum uel occultum quod tam patenter omnibus publicatur. Auctoritate
aplica nichilominus decernentes qd dictus processus adeo ipos apprehendat et artet ac si eis et ipsorum cuilibet publicatus personaliter et intimatus solenniter extitisset quacumqz Con
stitutione per predecessores nros Roman Pontifices in contrarium edita non obstante. Dat. Auinion. v Non. Januar.
Pontificatus nri Anno Quintodecimo.

ARCHIVUM SECRETUM APOSTOL VATICANUM